

_Lettera_N_3543

Circolare ai Salesiani dell'Uruguay

Datum Augustae Taurinorum die festo Immaculatae Conceptionis Beatae Virginis Mariae, anno MDCCCLXXXI

Ad majorem Dei gloriam et piae societatis Salesianae incrementum

Quandoquidem, Divina Providentia, cui unice Pia Salesiana Societatis semper innititur, factum est ut parvum semen abhinc sex annos in America Meridionali a paucis sodalibus diligenti industria terrae mandatum in arborem creverit, pro tanto beneficio quam plurimae ex corde, sunt Nobis Deo Optimo Maximo gratiae agenda. Nunc vero, ne tantis negotiis pro animarum salute distenti nimio curarum providere opprimantur filii Nostri carissimi in illa longinqua regione, intolerabile onus sustinere quam amplius valeant, ut opportunum in Domino visum est eis auxilium mittere et totius regionis regimini congruenti ratione prospicere. Quapropter omnium domorum quae in Repubblica Argentina plagisque finitimis sunt, cura demandata Jacobo Costamagna sacerdoti, filio Nostro carissimo jampridem Provinciae Americanae sollerti Inspectori, cujus virtutes insignes nobis sunt perspectae, necessarium duximus novum Inspectorem pro Repubblica Uruguayensi et Brasiliensi creare, et huic muneri Aloysium Lasagna sacerdotem et Doctorem humaniorum Litterarum praeficere, quem prudentia et pietate ornatum novimus.

Attamen quo melius animarum concordiae cujus vi potissimum Societatis bonum augetur, prospiciatur, annuente et adprobante nostro Capitulo Superiore, in Domino censemus et statuimus ut facultas prorogetur Jacobo Costamagna sacerdoti, Filio nostro carissimo in vivendi juxta canonicas leges et Nostrae Societatis capitulares praescriptiones, omnes domos quarum curam vi hujus Decreti Aloysio Lasagna demandavimus; idemque praesse possit periculis et experimentis quae ab alumnis Nostrae Congregationis in philosophiae et Theologiae Studio fiant.

In his omnibus ipse aget, ut amicus, ut consiliarius, nihilque innovabil nisi ex nostra licentia.

Quae cuncta ut adamussim serventur in Domino praecipimus.

Charitas Dei quotidie augeatur in cordibus Nostriis, ut animarum saluti jugiter intenti aeternae vestrae incolumtati optime consulere possimus.

Joannes Sacerdos Bosco Rector M.